

ΕΠΙΤΑΦΙΑ

In tumulum Iani BRYNONIS.

ΕΙΣ ΓΑ. ΒΡΥΝΩΝΑ. ΓΑ. ΑΥΡΑΤΟΥ ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΙΣΜΟΣ.

εις τον αυγουρειοσι μετα πεπειεμ ταλαροισιμ, Αργυρειοσι ταλαροισιμ τον θεο χυσοφ ομοιομ...

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Σήμερον ο ΒΡΥΝΩΝ πεδολαρομην Γαλαριην Δακρυσι τον θαλειοσι σου ερεε ολλυμλου...

IDEM LATINE.

Turbida de lacrymis lugubribus Hippocrene BRYNO hodie fluxit, dum cadis ante diem...

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΣ

εις τον αυτουμ.

τι νω ερω σε βρυνωνη τι δ ανεω σε πε ωπορις τι δ υσατομ μεσομ πε...

ΒΑΙΦΙΟΥ.

σε, βρυνωνη ανηρνεοσιμ ομωσ λαυτο θανοντα, κηπερι, ερωσ, χαειρι, δηλι, αονιδεσ.

ΣΥΜΕΩΝ ΣΥΛΒΙΟΣ.

αλετο φεβ βρυνωνη, φεβ ωλετο πασε συν αντη Η τε σφωνελπις, πασα τε μονοπολων...

Veneunt apud Wechelum.

I A. AVRATVS.

Occidit heu MVSÆ! Meccenas Gallicus alter Extinctusque pari carpitur inuidia. Si pudor est, DIVÆ, patrem defendite vestrum...

Idem

Florebas quondam BRYNO, sed flore caduco, Cui tam splendida res Præsidi patre fuit. Sed iuvenile calens pupilli diuitis ætas...

Eiusdem Choriambicum.

Omnes qui tumuli cernitis hunc fossilis aggerē, Quo BRYNO domitus cōtinuē febris ab estibus Nuper conditus est ante suum legitimum diem...

Idem

Nota domus nulli magis est sua, quā tua BRYNO Nota fuit doctis omnibus vsque domus. Hic epulæ, hic epulas inter doctissima mille

Colloquia à claris sunt agitata viris. Quæ si fortè loquax paries recitare valeret, Non foret in terris doctior hoc paries.

Idem

BRYNO iam fuit eiulate Musæ: BRYNO iam perit esurite Vates. Nam Musas hilarabat ille viuus: Viuus pascere fuetus ille Vates...

Idem

Remouete iam priora Remouete iam lauacra Lacuumque fontiumque Aganippides misellæ. Satis hic, sed ille falsus, Liquor artubus fouendis Oculis cadens piorum...

I O D E L L I V S.

Natus erā Phœbo, me Phœbus ab vbere raptum Fouit, alumnus erā, sed prope Phœbus erā. Me Phœbo rapit vnus Amor, hīc Phœb' Amori, Mors Phœbo, Morti me quoq; Phœbe rapis.

R. H.

Dū moritur, flentes sic BRYNO affatur amicos, De lacrymis fieri flumina iusta videns: Quid vos me lacrymis morietē mergitis? atrū Mergite post funus, parcite dum morior.

B. P O D I V S L V C.

Vestrum Castalides cohors beata BRYNONEM comitem ducemque flete, Quem vos à puero sequi volentem Mors vestro rapuit sinu cupito Vobis, cuius in ædibus patebant, Vobis omnia Gratia patebant...

Eiusdem.

BRYNONIS cineres capiēs hoc marmor, amorē Et Phœbi & Charitum tegit.

I. L E B O N.

Nil Pluto illachrymabilis feuerē In istum potuit Iouis fauore, Dicentis placidē, Mihi meisque Debetur pater hic nouem fororum, Qui victu potiore nutriebat Cœnis pontificum cibisque regum...

I. AVRATVS.

Has dedit inferias tibi nunc pro tēpore BRYNO Impetus: at ratio grandius vrget opus.

